Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 347
Quelle:
Copyright:

Demum ante ipſum *Petri* Exordium rubro legitur:

Dulcius ut ſaperet modulamine condita metri
Incipit hic rige biblioteca petri.

Exorditur *Petrus:*

Initium mundi quales ab ordine (origine) *prima* &c.

Sequuntur tria illa Diſticha: *Primo facta die* &c. inſcripta rubro: *Epilogus breuis eſt ad quem Sequitur narratio.* Hujus initium:

Principio celum terramque creaſſe refertur &c.

Vides igitur, in hoc *Codice*, quamvis non eodem ordine, adeſſe omnia *Aurorae* Παρεργα, quae in prioribus V. *Exemplis*, praeter Hexametricum illud 56. Verſuum, quod infit: *Auctoris mendico ſtilum* &c. quodque nec in omnibus iis Exemplis comparet. Ordo deinceps Librorum Biblicorum hic eſt: *Pentateuchus, Joſue, Judices, Ruth, Libri Regum* inſertis ante *Quartum Canticis Canticor. Tobias, Eſther, Judith, Job, Daniel*, iterum *Judith* et *Eſther*, ſed illa 10. haec 7. Diſtichis ſub finem mulctata, demum *Machabaei.* Novi Teſtamenti haec ratio eſt. Poſt *Prologum*, qui incipit: *Poſt legem ueterem reſpira Petre* &c. habetur *Hiſtoria* e quatuor *Evangeliſtis* coadunata, inſertis laudibus *Mariae* Virg. et variis de *Herode* e *Fl. Joſepho*, tum *Hiſtoria Apoſtolica*, ad cujus calcem: *Explicit uetus et nouum teſtamentum. Incipit prologus ſuper recapitulationes.* Ut *Cod.* CXXV. niſi quod Miniator in Inſcriptionibus peccavit. Adjectum etiam *Epilogus breuis eſt ad quem Sequitur narratio.* Hujus initium:

Principio celum terramque creaſſe refertur &c.

Aegidii Pariſ. επιφωνημα: *His te petre tui merito mediante* &c. Unde adparet *Codicem* hunc inter X. *Caeſareos* plenioribus adnumerandum, quamvis mirari merito quis debeat tantam Librariorum in ordinandis Operis Partibus diſcrepantiam.

CXXXI. VIII. g. 16

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 104. 4. luculente ſcriptus, rubricisque interſtinctus eſt Pars Poſterior Bibliorum Metricorum, ſive *Aurorae Petri de Riga*, cujus plura jam Exemplaria dedimus. Complectitur vero praeſens Librum *Tobiae, Danielis, Judith, Eſther*, et *Machabaeorum*, quos excipiunt absque inſcriptione *Recapitulationes* illae *utriusque Teſtamenti*, quae per partes certam aliquam Alphabeti literam ita excludunt, ut in primis 10. verſibus nullum A. in ſequentibus 14. nullum B. compareat, et ſic de ceteris; id, quod in margine minio diligenter adno- 592